χριέτω, μήτε χακόν τι εἶναι, μήτε ἀγαθόν, δ ἐπίσης  
δύνεται χακῷ ἀνδρὶ καὶ ἀγαθῷ συμβαίνειν. Ὁ γάρ \*\*\*  
καὶ τῷ κατὰ φύσιν βιοῦντι ἐπίστις συμβαίνει, τοῦτο οὔτε  
κατὰ φύσιν ἔστιν, οὔτε περὶ φύσιν.

μ'. Ός ἐν ζων τὸν κόσμον, μίαν οὐσίαν καὶ ψυχὴν  
μίαν ἐπέχον, συνεχῶς ἐπινοεῖν· καὶ πῶς εἰς αἰσθησιν  
μίαν τὴν τούτου πάντα ἀναδίδοται· καὶ πῶς δρμῇ μιᾶς  
τάντα πράσσει· καὶ πῶς πάντα πάντων τῶν γινομένων  
αναίτη· καὶ οἵα τις ἡ σύννοησις καὶ συμμήρυστις.

μα'. Ψυχάριον εἰ, βαστάζον νεκρὸν, ὡς Ἐπίκτητος  
λέγεται.

μβ'. Οὐδέν ἔστι χακὸν τοῖς ἐν μεταβολῇ γινομένοις·  
οὐδὲ ἀγαθὸν τοῖς ἐκ μεταβολῆς ὑφίσταμένοις.

μγ'. Ποταμός τις ἐκ τῶν γινομένων καὶ βίεμα βίαιον  
διείλεται· ἀμα τε γάρ ὥρθη ἔκαστον, καὶ παρενήνεται,  
καὶ ἀλλο παραφέρεται, τὸ δὲ ἐνεργήσεται.

μδ'. Πλὴν τὸ συμβαίνον οὖτας σύνηθες καὶ γνώριμον,  
ἐκ τοῦ δέοντος ἐν τῷ ἔαρι, καὶ διπώρα ἐν τῷ θέρετο· τοιοῦ-  
τον γάρ καὶ νόσος, καὶ θάνατος, καὶ βλασφημία, καὶ  
ἐπιβολὴ, καὶ δσα τοὺς μωροὺς εὐδραίνει, ή λυπεῖ.

με'. Τὰ ἔξης δὲ τοῖς προηγησαμένοις οἰκείως ἐπι-  
νίνεται· οὐ γάρ οἴον καταρίθμησίς τίς ἔστιν ἀπηρτη-  
μένως καὶ μόνον τὸ κατηναγκασμένον ἔχουσα, ἀλλὰ  
συνέργεια εὐλογος· καὶ δισπερ συντέταχται συνηρμοσμέ-  
νος τὰ δυτα, οὖτας τὰ γινομένα οὐ διαδοχῇ ψιλήν,  
αὐλά θυμαστὴν τινὰ οἰκείοτητα ἐμφαίνει.

μζ'. Άει τοῦ Ἡρακλείτειον μεμνῆσθαι· διτὶ γῆς θά-  
νατος, δῶρο γενέσθαι, καὶ δόστος θάνατος, δέρα γενέ-  
σθαι, καὶ δέρος πῦρ, καὶ ἔμπαλιν. Μεμνῆσθαι δὲ καὶ  
τὸ ἐπιλανθανομένου, ή ή δόδος ἄγει· καὶ θτι, ή μάλιστα  
ἐπιγεῶς διμιοῦσι λόγῳ τῷ τὰ διοικοῦντι, τούτῳ  
ἀπερονται· καὶ οἵς καθ' ἡμέραν ἐγκυροῦσι, ταῦτα αὐ-  
τοῖς ξένα φαίνεται. Καὶ, διτὶ οὐ δεῖ δισπερ καθεύδοντας  
ποιεῖν, καὶ λέγειν· καὶ γάρ τότε δοκοῦμεν ποιεῖν καὶ

adsuēsc intelligere, nihil aequē diligere universitatis natu-  
ram atque ea, quae sunt, mutare et nova similia efficiere :  
semen enim quodammodo quidquid est ejus, quod ex eo  
oriturum est : tu vero ea tantum semina opinaris, quae in  
terram aut uterum sparguntur; id autem est hominis ad-  
modum rudis et imperiti.

37. Jamjam morieris, et nondum firmus nec impertur-  
batus es nec liber suspicione, extrinsecus damnum tibi ad-  
ferri posse, nec propitius omnibus neque is, qui prudentiam  
non nisi in juste agendo positam existimes.

38. Mentes eorum intuere, adeoque prudentissimos,  
qualia fugiant, qualia sectentur.

39. In alterius mente malum tuum non situm est, neque  
vero in quadam motu aut mutatione ejus, quod te ambit.  
Ubi igitur? ubi tibi id est quod de malis opinatur : id igitur  
ne opinetur, et omnia bene habent : etiam si, quod huic  
proximum est, corpusculum securum, uratur, suppurretur,  
putrescat, id tamen, quod de istis opinatur, quiescat, hoc  
est, judicet nec malum esse nec bonum, quod similiter viro  
bono et malo accidere potest : quod enim \* ei, qui contra  
naturam, et ei, qui secundum naturam vivit, similiter con-  
tingit, id neque secundum naturam neque contra naturam  
est.

40. Ut unum animal uno corpore et una anima præditum  
continuo contemplari mundum : et quomodo in unum  
huiuscens sensum omnia digerantur ; et quomodo uno impetu  
omnia agat ; et quomodo omnia cum omnibus, quae fiunt,  
ut partes causarum cohærent, et qualis quidem hic sit  
connexus et contextus.

41. Animula es, cadaver gestans, ut Epictetus dicebat.

42. Nil mali est rebus mutationem subeuntibus, ut neque  
boni quidquam iis, quae per mutationem existunt.

43. Fluvius quidem eorum, quae fiunt, et rapidus torrens  
est ævum ; simul atque quidquam comparuit, etiam abre-  
ptum est, et aliud abripitur et illud inferatur.

44. Quidquid accidit, tam consuetum est et familiare,  
quam rosa vere et fructus tempore messis. Ejusdem enim  
generis est morbus, et mors, et infamia, et insidia, et  
omnia, quae stultos hilares aut tristes reddunt.

45. Subsequentia semper antecedentibus familiari quadam  
ratione succidunt : non enim est quasi computatio disjun-  
ctum et id tantum quod numerando coactum est continens,  
sed connexio rationi consentanea : et quemadmodum ea,  
quae sunt, convenienter sunt ordinata, sic ea, quae fiunt,  
non nudam successionem, sed admirabilem quandam fami-  
liaritatem præ se ferunt.

46. Semper Heraclite meminisse : terræ mortem fieri  
aquam, aquæ mortem fieri aerem, aeris ignem, et retro.  
Meminisse vero etiam illius, qui, qua ducat via, oblisci-  
tur et qua potissimum perpetuo familiariter utantur ratione  
rerum universitatem administrante, cum ea eos dissidere,  
et, in quæ quotidie incident ea ipsis videri peregrina : porro,  
non oportere nos instar dormientium agere et loqui, — nam  
etiam tum nobis videmur agere et loqui, — neque instar

λέγειν· καὶ δτι οὐ δεῖ παῖδες τοκέων, τοῦτ' ἔστι, κατὰ φύλον, καθότι παρειλάχαμεν.

μζ'. Ωσπερ εἰ τίς σοι ήενν εἶπεν, δτι αὔριον τεθνήξῃ, ή πάντως γε εἰς τρίτην, οὐκ ἔτ' ἀν παρὰ μέγα ἐποιοῦ, τὸ εἰς τρίτην μᾶλλον, ή αὔριον, εἰ γε μὴ ἐστάτους ἀγενής εἰ· πόσον γάρ ἔστι τὸ μεταξύ; οὐτως καὶ τὸ εἰς πολλοστὸν ἔτος μᾶλλον, ή αὔριον, μηδὲν μέγα εἶναι νόμιζε.

μη'. Ἐννοεῖν συνεχῶς, πόσοι μὲν ἵστροι ἀποτεθνήκασι, πολλάκις τὰς δρῦν̄ υπέρ τῶν ἀρδώστων συστάσαντες· πόσοι δὲ μαθηματικοὶ, ἀλλων θανάτους, ὡς τι μέγα, προειπόντες· πόσοι δὲ φιλόσοφοι, περὶ θανάτου, ή ἀθανασίας, μαρτία διατεινάμενοι· πόσοι δὲ ἀριστεῖς, πολλοὺς ἀποκτεινάντες· πόσοι δὲ τύραννοι, ἔξουσίᾳ ψυχῶν μετὸ δεινοῦ φραγμάτως ὡς ἀθάνατοι κεχρημένοι· πόσοι δὲ πολλεῖς δλαι, ἵν οὕτως εἶτα, τεθνήκασιν, Ἐλίχη, καὶ Ημπτήσι, καὶ Ἡρκαλάνον καὶ ἄλλαι ἀναρθμητοι. Ἔπιδι δὲ καὶ δσους οίδας, ἀλλοι ἐπ' ἀλλῳ· δ μὲν τούτον κηδεύσας, εἴτα ἔξετάνη, δὲ ἐκείνον· πάντα δὲ ἐν βραχεῖ. Τὸ γάρ δλον, κατιδεῖν ἀει τὰ ἀνθρώπινα, ὡς ἐφῆμερα καὶ εὐτελῆ· καὶ ἐγήθες μὲν μαζέριον, αὔριον δὲ τάριχος, ή τέφρα. Τὸ ἀκαραίον οὖν τοῦτο τοῦ χρόνου κατὰ φύσιν διελθεῖν, καὶ ἰλεων καταλήσαι, ὡς ἀν εἰ ἐλαία πέπειρος γενομένη ἐπιπτεν, εὐφημοῦσα τὴν ἐνεγκούσαν, καὶ χάριν εἰδὺνα τῷ ωραίων δένδρῳ.

μθ'. Ομοιοι εἶναι τῇ ἀκρᾳ, ή διηγενῆς τὰ κύματα προσρήσσεται· δὲ ἔστηκε, καὶ περὶ αὐτὴν κοιμίζεται τὰ φλεγμῆνατα τοῦ διάτασος. — « Ἀτυχής ἐγώ, δτι τοῦτό μοι συνέη. — Οὐμενοῦν ἀλλ', « Ἐτυχής ἐγώ, δτι, τούτου μοι συμβεβηκότος, ἀλυπος διατελώ, οὔτε υπὸ τοῦ παρόντος θραυσόμενος, οὔτε τὸ ἐπίον φοβούμενος. » Συμβῆναι μὲν γάρ τὸ τοιοῦτο παντὶ ἐδύνατο· ἀλυπος δὲ οὐ πᾶς ἐπὶ τούτῳ ἀν διετέλεσε. Διὰ τί οὖν ἐκεῖνο μᾶλλον ἀτύχημα, ή τοῦτο εὐτύχημα; λέγεις δὲ δλως ἀτύχημα ἀνθρώπου, δούκες εἰτιν ἀπότευγμα τῆς φύσεως τοῦ ἀνθρώπου; ἀπότευγμα δὲ τῆς φύσεως τοῦ ἀνθρώπου εἶναι σοι δοκεῖ, δ μὴ παρὰ τὸ βούλημα τῆς φύσεως αὐτοῦ ἔστι; Τί οὖν; τὸ βούλημα μεμάθηκας μὴ τι οὖν τὸ συμβεβηκότο τοῦτο καλύσει σε δίκαιον εἶναι, μεγαλεθύγον, σώφρον, ἔμφρον, ἀπρόπτωτον, ἀδιαψευστον, αἰδήμονα, ἐλεύθερον, ταλλα, οὐν παρόντων ή φύσις ή τοῦ ἀνθρώπου ἀπέγει τὰ ίδια; Μέμνησο λοιπὸν ἐπὶ παντὸς τοῦ εἰς λύπην σε προσαγομένου, τοῦτῳ χρῆσθαι τῷ δόγματι οὐγ. δτι τοῦτο ἀτύχημα, ἀλλὰ τὸ φέρειν αὐτὸν γενναῖον, εὐτύχημα.

ν'. Ιδιωτικὸν μὲν, ὅμως δὲ ἀνυστικὸν βοήθημα πρὸς θανάτου καταφρόνησιν, ή ἀναπολγσις τῶν γλίσγρως ἐνδιατριψάντων τῷ ξῆν. Τί οὖν αὐτοῖς πλέον, ή τοῖς αύροις; πάντως ποῦ ποτε κεῖνται, Καδίκιανός, Φάθιος, Ίουλιανός, Λέπιδος, ή εἰ τις τοιοῦτος, οι πολλοὺς ἐξήνεγκαν, είτα ἐξηγέθησαν δλον, μικρὸν ἔστι τὸ διάστημα, καὶ τοῦτο δ' οἶσων, καὶ μεθ' οῶν ἐξαντλούμενον, καὶ ἐν οἷς σωματιώις; μὴ οὖν οὐκ πρᾶγμα.... βλέπε γάρ δπίσω τὸ ἀγανάκτη τοῦ ζιζηνος, καὶ τὸ πρόσωπο ἄλλο ἄπει-

liberorum parentibus obnoxiorum, quorum est illud : pliciter, prout accepimus. »

47. Quemadmodum si quis Deus tibi diceret *eras* a summum perendie te moritum, non amplius magni res, perendie potius, quam *eras*, obire, nisi abjectis esse animi : quantum enim est intervallum? sic que certo aliquo anno e multis potius, quam crastino die, magnum esse noli existimare.

48. Perpetuo reputare : quam multi medici occupuerunt qui saepe super ægrotis supercilia contraxerant! quot thematici, qui aliorum mortem ut rem magnam praedixerunt quot philosophi, qui de morte et immortalitate acerrime copiosissime disseruerant! quot bellatores, qui multos emerant! quot tyranni, qui vita necisque potestate habili cuni fastu tanquam immortales usi erant! quot ut ita dicam, emortua sunt, Helice et Pompeii et Heranum et alia innumerabiles! Adde quos ipse novisti, alium post alium, postquam hic illius exsequias curavit ipse elatus est, aliis alium, atque haec omnia brevi tempore Summa est : semper humana spectari oportere ut in unum diem durantia et vilia, sieri mucum, *eras* salsuram aut villam : hoc quod puncti instar obtinet tempus naturae venienter transigere et aequo animo hinc discedere, perique atque oliva maturitatem adepta decideret, genitricem [ram] collaudans arborique gignenti gratias agens.

49. Promontorii instar esse, ad quod fluctus perpetui alliduntur : illud autem consistit et circa se maris ast compescit. « O me infelici, cui hoc acciderit! » Min vero, sed « O me beatum, qui, quum hoc milii accidere sine dolore vivam, neque a præsente ictu vulneratus, ne futuri metuens! » Nam tale quid accidere poterat cuius sed non quivis, si hoc ei accidisset, dolore vacuus manset. Quare igitur illud infortunium potius, quam hoc citas? Num omnino id infortunium vocas, quo hominis tunica non frustratur? hominis ne natura trustrari tibi video, quod non contra voluntatem naturæ ejus sit? Quid igit Voluntatem nosti: num igitur id quod tibi accidit, te impedit, quominus justus sis, magnaninus, temperans, pudens, ab assentiendi temeritate alienus, erroris immunis, verecundus, liber ceterisque virtutibus onatus, quæ qualiter adsunt, natura hominis habet sibi propria? Quod reliquum est, memento in omni re, quæ ad dolorem te impedit illius decreti, id non esse infortunium, sed generosum ferre esse felicitatem.

50. Plebeium quidem, emca tamen est adjumentum mortem contemnendam, memoria recolere eos qui pertinaciter inhaesere. Quid igitur plus est iis, quam in ture defunctis? Omnino alicubi jacent Cæcidianus, Fabi Julianus, Lepidus aut si quis alius ejus generis est, quum multos extulissent, et ipsi elati sunt? Omnino pars est intervallum, idque per quot casus et cum qui hominibus et quali in corpusculo exantlatum. Ne igit quasi magnum aliiquid.... Considera enim præteriti immensitatem, futuri itidem aliam immensitatem! in

ποιῶν. Ἐν δὴ τούτῳ, τί διαφέρει δὲ τριήμερος τοῦ τριημέρου;

νι. Ἐκ τὴν σύντομον δὲ τρέχει σύντομος δὲ ή πάντων ὅστε κατὰ τὸ ὑγιέστατον πᾶν λέγεται καὶ τοπεῖ. Ἀπαλλάσσει γὰρ η τοιαύτη πρόθεσις κόπον, καὶ στρατείας, καὶ πάσης οἰκονομίας, καὶ κομιδῶν;

## BIBAION E.

Οὐρανος, διατην δυσόχωνς ἔξεγειρη, πρόχειρον ἔστω, πατέοντος ἔργον ἐγείρομαι· τί οὖν δυσκολατών, πειναμένους ἐπὶ τὸ ποιεῖν, ὃν ἔνεκεν γέγονα, καὶ ὃν προτίγματα εἰς τὸν κόσμον; Η ἐπὶ τοῦτο κατεσκεύασται, ἵνα κατακείμενος τοῖς στρωματίοις ἐμαυτὸν θέω; — Άλλὰ τοῦτο θέων. — Πρὸς τὸ θέσειν αὐτῶν; δῆλος δὲ οὐ πρὸς ποιεῖν, η πρὸς ἐνέργειαν; Τέλεται τὸ φυτάρια, τὰ στρουθάρια, τοὺς μύρυκας, τὰς εἰστήκας, τὰς μελίσσας τὸ ίδιον ποιούσας, τὸν καθ' αὐτὰ ποιεῖν; οὐ τρέχεις ἐπὶ τὸ κατὰ τὴν σὴν φύσην; — Άλλὰ δὲ καὶ ἀναπαύεσθαι. — Δεῖται ἔδωκε μέντοι τούτου μέτρα η φύσις ἔδωκε [μέντοι] καὶ τοῦ ἔσθετον αὐτῶν καὶ δημοκράτη σὺν ὑπέρ τὰ μέτρα, ὑπέρ τὰ ἀρχέα προγραφεῖς· ἐν ταῖς πράξεσι δὲ οὐκ ἔτι, ἀλλὰ ἐντὸς τοῦ ινετοῦ. Οὐ γὰρ φιλέτες σεαυτόν. Ἐπειτα καὶ ποιῶντας ἄν σου, καὶ τὸ βούλημα ταύτης ἐφίλεις. Άλλα τὰς τέχνας ἔστων φιλοῦντες, συγκατατίκονται καὶ κατάς ἔργοις, ἀλλουτει καὶ δίστοι· σὺ (δέ) τὴν σὴν σεαυτοῦ ἐλασσον τιμᾶς, η δ τορνευτής τὴν ποιητήν, η δ ὀργυστής τὴν ὀργυτικήν, η δ φιλάργυρος ἀργύριον, η δ κενόδοξος τὸ δοξάριον. Καὶ οὗτοι, προπαθῶσιν, οὔτε φαγεῖν, οὔτε κοιμηθῆναι οὔτε μῆλον, η ταῦτα συναύξειν, πρὸς διαφέρονται· η δι αἰ κοινωνικαὶ πράξεις εὐτελέστεραι φαίνονται, η ἴσσους σπουδῆς δέξιαι;

2. Ως εὔχολον ἀπώσασθαι καὶ ἀπαλεῖψαι πᾶσαν πεινασίαν [τὴν] δύληρδαν, η ἀνοίκειον, καὶ εὐθὺς ἐν τῷ ταττόντι εἶναι.

3. Αἴσιον ἔστων χρίνε παντὸς λόγου καὶ ἔργου τοῦ ποιῶντος καὶ μή σε παρειπάτω η ἐπακολουθοῦσά τοι μέσης, η λόγος, ἀλλὰ, εἰ καλὸν πεπρᾶχθαι, η μήτη, μή σεαυτὸν ἀπάξιον. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ίδιον ποιῶντας ἔργους, καὶ ίδια δρμῇ γροῦνται η σὺ μὴ πεποιησθεῖν, ἀλλ' εὐθεῖαν πέραν, ἀκολουθῶν τὴν φύσει τοῦτο καὶ τῇ κοινῇ· μία δὲ ἀμφοτέρων τούτων [ἥ]

4. Πορεύομαι διὰ τῶν κατὰ φύσιν, μέχρι πεσῶν παπούσαι, ἐναποπνεύσας μὲν τούτῳ, ἐξ οὐ καθ' αὐτὸν ἀπονέων, πεσῶν δὲ ἐπὶ τούτῳ, ἐξ οὐ καὶ τὸ πεποιησθεῖν διατήρη μου συνέλεξε, καὶ τὸ αἰμάτιον η ποιῶ, καὶ τὸ γαλάκτιον η τροφός· ἐξ οὐ καθ' ήμέραν ποιῶ· έτοι βόσκομαι, καὶ ἀρδεύομαι, δ φέρει με πάντα, καὶ εἰς τοσαῦτα ἀποχρώμενον αὐτῷ.

5. Δημιύτηρά του οὐκ ξέρουσι θαυμάσαι. Ἐστω·

vero quid differt, qui triduum vixit, ab eo, qui per tria hominum saecula vitam extraxit?

51. Ad compendiariam semper fac curras: compendiaria autem, quae secundum naturam est, ita ut ad sanissimam rationem quidquid loqueris et facias. Tale enim propositum te molestius liberabit et militia et omni dissimulatione et vafricie.

## LIBER V.

1. Mane, quum gravatim expurgisceris, promptum sit hoc: ad hominis opus expurgiscor: quid igitur moleste fero, quod pergo ad ea agenda, quorum causa natus sum, quo rūnū causa in mundum veni? an vero ad hoc natus sum, ut in stragulis decumbens me soveam. « At hoc magis delestat. » — Ad delectationem igitur natus es, non ad agendum seu opus faciendum? Videsne arbustulas, passerculos, formicas, araneas, apes, quum quod sui officii est, faciant, suum exornantes mundum? itane tu ea, quae hominum sunt, facere recutas? non properas ad id, quod secundum tuam naturam est? — « Verum etiam quiete opus est. » — Est; dedit tamen etiam huius mensuram natura; dedit item mensuram edendi ac bibendi; et tu tamen ultra mensuram, ultra ea, quae sufficiunt, progrederis; in agendo autem non ulterius, sed intra id, quod fieri potest: nam te ipsum non diligis; alioquin etiam naturam tuam ejusque voluntatem diligeres. Atque ii quidem, qui artes suas diligit, earum operibus intabescunt, illoti et impransi; tu naturam tuam minoris facis, quam tornator tornariam, quam saltator saltandi artem, quam avarus argentum, quam ambitiosus gloriolam. Etiam hi, ubi his addicti sunt, neque cibum nec somnum magis capere expetunt, quam ea amplificare, quae ipsis delectant; tibi autem actiones ad societatem pertinentes viiores esse videntur et minore studio dignae?

2. Quam facile, amoliri et abstergere visum quodvis vel molestiam excitans vel societati repugnans, et statim in summa tranquillitate esse.

3. Dignum te habeto quovis sermone et opere naturae conveniente, neque te avertat quae sequatur quorundam vituperatio aut sermo, si factu dictuve pulcrum est, noli te eo indignum judicare: illi enim sua utuntur mente suoque ducuntur impetu; haec tu noli circumspicere, sed recta perge, naturae et propriæ et communi obsequens: una et eadem utriusque via.

4. Proficiscor per ea, quae secundum naturam sunt, donec occubens requiescam, in id animam exspirans, unde quotidie spiritum haurio et in id cadens, unde pater semen coligit, sanguinem mater, nutrix lac; unde ex tot annis pascor et potor, quod me fert calcantem eoque ad tot res abutentem.

5. Ingenii tui acumen nou est, quod admirantur. Sit

ἀλλὰ ἔτερα πολλὰ, ἐφ' ὧν οὐκ ἔχεις εἰπεῖν, « Οὐ γάρ πέφυκα. » Ἐκεῖνα οὖν παρέχου, ἀπερ δλα ἔστιν ἐπὶ σοὶ, τὸ ἀκίθδηλον, τὸ σεμνὸν, τὸ φερέπονον, τὸ ἀφιλήδονον, τὸ ἀμεμψίμωρον, τὸ ὀλιγοδέες, τὸ εὐμενές, τὸ ἐλεύθερον, τὸ ἀπέριστον, τὸ ἀφλύαρον, τὸ μεγαλεῖνον. Οὐκ αἰσθάνη, πόσα ἡδη παρέχεσθαι δυνάμενος, ἐφ' ὧν οὐδεμίᾳ ἀφίτας καὶ ἀνεπιτηδειότητος πρόφασις, δῆμος ἔτι κάτω μένεις ἔκων; ή καὶ γογγύζειν, καὶ γλισχρεύσθαι, καὶ κολακεύειν, καὶ τὸ σωμάτιον κατατιθᾶσθαι, καὶ ἀρεσκεύεσθαι, καὶ περπερεύεσθαι, καὶ τοσαῦτα ριπτάζεσθαι τῇ ψυχῇ, διὰ τὸ ἀφύσιον κατεσκευάσθαι, ἀναγκάζῃ; Οὐ μά τοὺς θεούς! Ἀλλὰ τούτων μὲν πάλι ἀπηλλάχθαι ἐδύνασο· μόνον δὲ, εἰ ἄρα, ὡς βραδύτερος, καὶ δυσπαρακολουθητότερος καταγινώσκεσθαι· καὶ τοῦτο δὲ ἀσκητέον, μὴ παρενθυμουμένῳ, μηδὲ ἐμφιληδοῦντι τῇ νωθείᾳ.

ζ'. Ό μέν τις ἔστιν, δταν τι δεξιὸν περί τινα πράξην, πρόχειρος καὶ λογίσασθαι αὐτῷ τὴν γάριν. « Ο δὲ πρὸς τοῦτο μὲν οὐ πρόχειρος, ἀλλὰς μέντοι παρ' ἑαυτῷ, ὡς περὶ χρεώστου διανοεῖται, καὶ οἶδεν, δ πεποίηκεν. « Ο δέ τις τρόπον τινὰ οὐδὲ οἶδεν, δ πεποίηκεν· ἀλλὰ δημοίος ἔστιν ἀμπελῷ βότρυν ἐνεγκόντη, καὶ μηδὲν ἀλλο προσεπιζητούσῃ, μετὰ τὸ ἀπαξ τὸν ἴδιον καρπὸν ἐνηνοχέναι. Ἰππος ὅραιμων, κύων ἰχνεύσας, μέλισσα μέλι ποιήσασα, ἄνθρωπος δὲ εὗ ποιήσας, οὐκ ἐπιβοσταῖ, ἀλλὰ μεταβαλνεὶ ἐφ' ἔτερον, ὡς ἀμπελος ἐπὶ τὸ πάλιν ἐν τῇ ὥρᾳ τὸν βότρυν ἐνεγκεῖν. — Ἐν τούτοις οὖν δεῖ εἶναι, τοῖς τρόπον τινὰ ἀπαρακολουθήτως αὐτὸ ποιῶσι; — Ναι. — Ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο δεῖ παρακολουθεῖν· ἴδιον γάρ (φησι) τοῦ κοινωνικοῦ, τὸ αἰσθάνεσθαι, δτι κοινωνικῶς ἐνεργεῖ, καὶ νῇ Δίᾳ, βούλεσθαι καὶ τὸν κοινωνὸν αἰσθέσθαι. — Ἀληθὲς μὲν ἔστιν, δ λέγει· τὸ δὲ νῦν λεγόμενον παρεκδέχῃ· διὰ τοῦτο ἔστη εἰς ἔκεινων, ὃν πρότερον ἐπεμνήσθην· καὶ γάρ ἔκεινοι λογικῇ τινι πιθανότητι παράγονται. Ἐδώ δὲ θελήσῃς συνεῖναι, τι ποτὲ ἔστι τὸ λεγόμενον, μὴ φοβοῦ, μὴ παρὰ τοῦτο παραλίπης τι ἔργον κοινωνικόν.

ζ'. Εὐγή Ἀθηναίων, « Ἰστον, ὅστον, ὡ φλε Ζεῦ, κατὰ τῆς ἀρούρας τῆς Ἀθηναίων καὶ τῶν πεδίων. » Ήτοι οὐ δεῖ εὔχεσθαι, ή οὕτως, ἀπλῶς καὶ ἐλευθέρως.

η'. Οποιόν τι ἔστι τὸ λεγόμενον, δτα « Συνέταξεν δ Ἀσκληπιὸς τούτῳ Ἰτασίαν, ή ψυχρολουσίαν, ή ἀνυποδησίαν» τοιοῦτον ἔστι καὶ τὸ, « Συνέταξε τούτῳ ἡ τῶν δλων φύσις νόσον, ή πήρωσιν, ή ἀποβολὴν, ή ἀλλο τι τῶν τοιούτων. » Καὶ γάρ ἔκει τὸ « Συνέταξε», τοιοῦτον τι σημαίνει, ἔταξε τούτῳ τοῦτο, ὡς κατάλληλον πρὸς ηγίειαν· καὶ ἐνταῦθα τὸ συμβαῖνον ἔκαστο τέταχται πιας αὐτῷ κατάλληλον πρὸς τὴν εἰμαρμένην. Οὔτως γάρ καὶ συμβαίνειν « αὐτὰ ἡμιν λέγομεν, ὡς καὶ τοὺς τετραγώνους λίθους ἐν τοῖς τείχεσιν, ή ταῖς πυραμίδαις, « συμβαίνειν » οἱ τεγγίται λέγουσι, συναρμόζοντες ἀλλήλοις τῇ ποιᾷ συνέσει. « Ολως γάρ ἀρμονία ἔστι μία. Καὶ ὥστερ ἐπάντων τῶν σωμάτων δ κόσμος τοιοῦτον σῶμα συμπληροῦται, οὕτως ἐπάντων τῶν αἰτίων τι

ita; verum multa alia sunt, ad quae te natura aptum esse, negare non possis : hæc igitur præsta, quæ tota in tua sunt potestate, sinceritatem, gravitatem, laborum tolerantiam, voluptatibus abstinere, de sorte non queri, pars indigere, benevolum esse, liberum, a luxuria, nūgī et magnificientia alienum. Sentisne, ad quam multa præstanda viribus pollens, ita ut, quin habilis aptusque sis, nihil sit, quod causeris, tamen adhuc infra ea sponte consistas? Num etiam murmurare et tenacem esse et adulari et corpusculum incusare et assentari et te ostentare et tot res animo voluntare per naturalem ingenii hebetudinem cogeris? Non, per Deos; non; sed his omnibus jam pridem liber esse potuisti, et tantum, si modo, propter ingenii tarditatem et hebetudinem notari. Verum etiam in hoc te exerce, nec tarditatem illam negligens neque in ea tibi placens.

6. Alius simul atque gratum alicui aliiquid fecit, promptius est ad beneficium illi in accepta referendum; alias ad id non promptius est, ceterum tamen apud se ut de debitore cogitat et novit, quod fecit : alias quodammodo ne novit quidem, quod fecit, sed similis est viti, quæ uvam protulit et nihil præterea appetit, postquam semel fructum suum genuit. Ut equus, qui cucurrit; ut canis, qui feras investigavit; ut apis, quæ mel confecit, ita homo qui bene fecit, non clamore rem extollit, sed ad aliud transit, ut vitis ad uvam iterum suo tempore gignendam. — Inter hos igitur esse oportet, qui quodammodo, quod agunt, ipsi nesciunt? — Oportet. — At hoc ipsum intelligere fas est : nam proprium est (inquit) illius, qui ad communionem natus est, ut sentiat, se quemadmodum societatis amantem decet agere, immo etiam velit, ut socius id sentiat. — Verum quidem est, quod dicis, sed hoc dictum non recte accipis; hinc unus eris ex iis, quorum antea mentionem feci : nam hi quoque rationali quadam probabilitate ducuntur. Quod si intelligere volueris, quid tandem hoc dictum sibi velit, noli timere, ne hac de causa quidquam, quod societati prodest, prætermittas.

7. Volum Atheniensium : « Pluviam, pluviam da, care Jupiter, arvis et pratis Atheniensium! » aut non oportet precari, aut sic, simpliciter et ingenue.

8. Cuiusmodi id est, quod vulgo dicunt, « Esculapium huic vel illi, ut equitet aut frigida lavetur aut nudis pedibus incedat, constituisse; » ejusmodi est etiam hoc, « naturam huic vel illi, ut ægrotet, ut membris mutiletur, ut suos amittat aut aliud ejus generis constituisse; » nam et illic « constituisse » hujusmodi aliiquid significat, « statuisse » huic illud [Esculapium] ut sanitati coenveniens, et hic quod cuique contingit, illi aliquo modo statutum esse, ut fato consentaneum; ita enim hæc quoque nobis « contingere » dicimus, ut lapides quadratos in muris aut pyramidibus « contingere » dicunt artifices, quum sibi inter se quadam positione coaptantur. Omnino concentus est unus; et quemadmodum cunctis corporibus hic mundus, quo ejusmodi corpus sit, perficitur, ita ex universis

είμαρμένη τοιαύτη αἰτία συμπληροῦται. Νοοῦσι δὲ, διότι, καὶ οἱ τελεον ἴδωται· φασὶ γάρ, « Τοῦτο ἔφερεν τοῦτο. » Οὐκοῦν τοῦτο τούτῳ ἔφερετο, καὶ τοῦτο τούτῳ συνετάττετο. Δεγχώμενα οὖν αὐτὰ, ὡς ἔχεινα, διὸ Ἀστλητίου συντάττεται. Πολλὰ γοῦν καὶ ἐν ἔχεινος ἐστὶ τραγέα· ἀλλὰ ἀστπαζόμενα τῇ ἐλπίδι τῆς ὑγείας. Τοιούτον τί σημαντεῖτο, ἀνωσις καὶ συντελεία τῶν τῇ χοινῇ φύσει συκούντων, οἷον ἡ σῆν ὑγεία. Καὶ οὕτως ἀστπάζου πᾶν τὸ γινόμενον, καὶ ἀπηγνέστερον δοκεῖ, διὸ τὸ ἔχεισθαι σήμειον, εἰτὶ τὴν τοῦ κόσμου ὑγείαν, καὶ τὴν τοῦ Διὸς εὐοδίαν καὶ εὐπραγίαν. Οὐ γάρ ἀν τοῦτο τινι ἔφερεν, εἰ μὴ τῷ θεῷ συνέφερεν. Οὐδέ γάρ ἡ τυχοῦσα φύσις φέρει τι, διὸ τῷ διοικουμένῳ ὑπὸ αὐτῆς κατάλληλον ἐστι. Οὐκοῦν καθ' ὅδον λόγους στέρεγεν γρὴ τὸ συμβαῖνόν σοι· καθ' ἔνα μὲν, διτὶ σοι ἔγινετο, καὶ σοι συνετάττετο, καὶ πρὸς τέ ποις εἶχεν, ἀνωθεν ἐν τῶν πρεσβυτάτων αἰτίων συκλαϊόμενον· καθ' ἔτερον δὲ, διτὶ τῷ δόλον διοικοῦντι τῇ, εὐοδίας καὶ τῆς συντελείας, καὶ νῇ Δίᾳ τῆς συμμονῆς αὐτῆς καὶ τῷ ἴδιᾳ εἰς ἔκαστον ἥκον αἰτίον ἐστι. Πηρυσταὶ γάρ τὸ δόλοληρον, ἐὰν καὶ διοικοῦν διακόψῃς τῆς συντελείας καὶ συνεχείας, ὥσπερ τῶν μορίων, οὕτω δὲ καὶ τῶν αἰτίων. Διακόπτεις δὲ, δοσον ἐπὶ σοι, διτὸν δυσπρεστής, καὶ τρόπον τινὰ ἀνατιρῆς.

8. Μὴ συκχαίνειν, μηδὲ ἀπανδῖν, μηδὲ ἀποδυσπετεῖν, εἰ μὴ καταπυκνοῦται σοι τὸ ἀπὸ δογμάτων ὅρῶν ἔκστα τράσσειν· ἀλλὰ ἐκκρουσθέντα, πάλιν ἐπανιέναι, καὶ ὁσμενίζειν, εἰ τὰ πλεία ἀνθρωπικώτερα, καὶ φιλεῖν τοῦτο, ἐφ' ὃ ἐπανέρχῃ· καὶ μηδὲς πρὸς παιδαγωγὸν τὴν ἐμοστρίαν ἐπανιέναι· ἀλλὰ ὡς οἱ ὄφαλοι μιῶντες πρὸς τὸ στογγάριον καὶ τὸ ὄών, ὡς ἀλλοὶ πρὸς κατάπλακσμα, ὡς πρὸς καταύηντσιν. Οὕτως γάρ οὐδὲν ἐπιδεῖξει τὸ πειθαρεῖν τῷ λόγῳ, ἀλλὰ προσαναπαύση αὐτῷ. Μέμνησο δὲ, διτὶ φιλοσοφίᾳ μόνα θέλει, διὸ φύσις σου θέλει· σὺ δὲ ἀλλοὶ θέλεις οὐ κατὰ φύσιν. — Τί γάρ τούτων προσηνέπερον; — Ἡ γάρ δόνη ὡντὶ διὰ τοῦτο σφάλλει; Ἀλλὰ θέλει, εἰ προστηνέστερον μεγαλοψυχίᾳ, θευθερίᾳ, ἀπλότητι, εὐγνωμοσύνῃ, δοσιότητι. Αὐτῆς γάρ φρονήσως τὶ προσηνέστερον; διτὸν τὸ ἀπταιστον, καὶ εὑρουν δὲ πᾶσι τῆς παραχολούσθητικῆς καὶ ἐπιστημονικῆς δυνάμεων ἐνθυμηθῆς.

9. Τὰ μὲν πράγματα ἐν τοιαύτῃ τρόπον τινὰ ἐγχαλύψῃ ἐστὶν, ὥστε φιλοσόφοις οὐκ δίλγοις, οὐδὲ τοῖς τυχοῦσιν, ἐδῆτε παντάπασιν ἀκατάλλητα εἶναι. Πλὴν αὐτοῖς γε τοῖς Στωϊκοῖ δυσκατάλλητα δοκεῖ· καὶ πᾶσα ἡ ἡμετέρα συγκατάθεσις μεταπιστῶται· ποῦ γάρ διὰ μεταπιστῶται; Μέτιτι τοίνους ἐπ' αὐτὰ τὰ ὑποκείμενα· ὡς διλγόγρων, καὶ εὔτελη, καὶ δυνάμενα ἐν κτήσει κιναίδου, ἢ τοφῆς, ἢ ληστοῦ εἶναι. Μετὰ τοῦτο ἐπιθὶ ἐπὶ τὰ τῶν συμβιούντων ἥθη, ὃν μολις ἐστὶ καὶ τοῦ χαριεστάτου ἀντιέσθαι, ἵνα μηδὲν γέγονε, διτὶ καὶ ἐαυτόν τις μολις ὑπομένει. Ἐν τοιούτῳ οὖν ζόρῳ καὶ βύπω καὶ τοσαύτη βόστε τῆς τε οὐσίας καὶ τοῦ χρόνου, καὶ τῆς κινήσεως, καὶ τῶν κινουμένων, τί ποτ' ἐστὶ τὸ ἐκτιμηθῆναι, ἢ τὸ δικαῖος σπουδασθῆναι δυνάμενον, οὐδὲ ἐπινοῶ. Τούταν-

causis, ut hujusmodi causa sit, fatum perficitur. Intelligent hoc, quod dico, etiam imperitissimi quique; dicunt enim, « tuit hoc illi. » Hoc igitur illi « ferebatur » et hoc « illi constituebatur. » Accipiamus igitur haec ut ea quae *Esculapius* « constituit »; multa enim etiam in his aspera sunt, quae tamen sanitatis spe amplectimur. Ejusmodi igitur aliquid tibi videatur perfectio et absolutio eorum, quae naturae communi visa sunt, cuiusmodi est bona tua valetudo. Et ita quidquid evenit, etiamsi asperum videatur, amplectere, quoniam eo tendit, ad mundi sanitatem et Jovis prosperitatem et felicitatem: non enim id cuicquam ferret, nisi ad universi bonum conserret: neque enim natura ubique obvia quidquam fert, quod rei a se administratae non consentaneum est. Duæ igitur sunt rationes, cur singulari quodam amoris affectu quidquid evenerit id amplecti te oporteat: altera, quod tibi factum est, tibi constitutum erat, certa quadam ratione ad te se habebat, inde a principio ex causis antiquissimis tibi contextum: altera, quod etiam id, quod singulis quibusque privatum contingit, naturae universitatem administranti in causa est prosperitatis et perfectionis et utique ipsius conservationis: mutilatur enim integrum ipsum, si vel minimum, ut partium, ita et rerum efficientium abscindas: abscindis autem, quantum in te est, quando moleste fers aliquid et quodammodo tollis.

9. Noli fastidire aut animum despondere aut desperare, si tibi secundum recta decreta singula agere cupienti non perinde semper res successerit; sed deturbatus iterum regredere et contentus esto, si plura homine digniora edideris et id, ad quod reversus es, fac diligas. Neque tanquam ad paedagogum redi ad philosophiam, sed, ut qui oculis laborant ad penicillum et ovum, ut aliis ad emplastrum, aliis ad perfusionem: sic nihil \* te mordebit obsequium rationi præstandum, sed in eo acquiesces. Illud autem memento, philosophiam ea sola postulare, quae natura tua postulet: tu autem aliud volebas non convenienter naturæ. — Quid horum blandius est? — Nonne enim earoperto fallit voluptas? — At vide, gratiorne sit magnanimitas, libertas, simplicitas, animi aequitas, sanctitas. Ipsa vero prudentia quid jucundius est? si eam cogitaveris ejus facultatis, in qua intelligentia et scientia inest, præstantiam, quae in nulla re labitur et in omni re prospere fertur.

10. Res quidem ipsæ in tantis quodammodo involuta sunt tenebris, ut philosophis haud paucis nec vulgaribus omnino non comprehensibiles esse viderentur: præterea ipsis adeo Stoicis perceptu difficultates videntur: etiam omnis noster assensus mutabilis; ubi enim est homo, qui sententiam non mutet? Proinde transi ad res subjectas: quam caducæ, quam viles et quæ etiam a cinædo aut scorto aut latrone possideri possint. Tum porro accede ad mores eorum, quibuscum vivitur, quos sustinere vix festivissimi est, ne dicam, se ipsum quoque vix quemquam sustinere. Tali igitur in caligine et sordibus et in tanto et materie et temporis et motus et rerum motarum fluxu quid tandem magna estimatione aut omnino studio dignum sit, non intelligo. Contra fas est me ipsum consolari et expectare

τίον γάρ δεῖ παραμυθούμενον ἔστι τὸν περιμένειν τὴν φυσικὴν λύσιν, καὶ μὴ ἀσχάλλειν τῇ διατριβῇ, ἀλλὰ τούτοις μόνοις προσπαταύεσθαι· ἐνī μὲν τῷ, δῆτα οὐδὲν συμβήσεται μοι, διογκίτητε τὴν τῶν θλων φύσιν ἐστίν· ἐτέρῳ δὲ, δῆτα ἐξεστὶ μοι μηδὲν πράσσειν παρὰ τὸν ἔμπον θέον καὶ δαιμόνα. Οὐδεῖς γάρ διαγκάσσων τοῦτον παρεβῆναι.

ια'. Προς τί ποτε ὅρα νῦν χρῶμαι τῇ ἐμαυτοῦ φυγῇ; παρ' ἔκαστα τοῦτο ἐπανερωτᾶν ἔστι τὸν, καὶ ἐξετάσειν, τί μοι ἐστὶ νῦν ἐν τούτῳ τῷ μορίῳ, δὴ ἡγεμονικὸν καλοῦσι; καὶ τίνος ὅρα νῦν ἔχω φυγήν; μήτι παιδίου; μήτι μειρακίου; μήτι γυναικαρίου; μήτι τυράννου; μήτι κτήνους; μήτι θηρίου;

ιβ'. Όποιά τινά ἐστι τὰ τοῖς πολλοῖς δοκοῦντα ἀγαθά, καὶ ἐντεῦθεν λάθοις. Εἰ γάρ τις ἐπινοήσειν ὑπαρχοντά τινα ὡς ἀληθῶς ἀγαθά, οἷον φρόνησιν, σωφροσύνην, δικαιοσύνην, ἀνδρίαν, οὐκ ἀν ταῦτα προεπινοήσας, ἐτί ἀκοῦσαι δυνατεῖη τί ὑπὸ \* \* τῷ ἀγαθῷ γάρ (οὐκ) ἐφαρμόσει. Τὰ δέ γε τοῖς πολλοῖς φωνούμενα ἀγαθά προεπινοήσας τις, ἐξακούσεται, καὶ ῥάδιων δέξεται, ὡς οἰκείων ἐπιλεγόμενον τὸ ὑπὸ τοῦ καμικοῦ εἰρημένον. Οὕτως καὶ οἱ πολλοὶ φωνάζονται τὴν διαφοράν. Οὐ γάρ ἀν τοῦτο μὲν οὐ προσέκοπτε καὶ ἀπηγνιοῦτο· τὸ δὲ ἐπὶ τοῦ πλούτου καὶ τῶν πρὸς τρυφὴν, ηδὲ οὐκ εὐληρημάτων παρεδεχόμεθα, ὡς ἵνουμένων καὶ ἀστείως εἰρημένον. Προῦθι οὖν καὶ ἔρωτα, εἰ τιμητέον καὶ ἀγαθὰ ὑποληπτέον τὰ τοιαῦτα, ὡν προεπινοήσεντων, οἰκείων ἀν ἐπιφέροιτο, τὸ τὸν κεκτημένον αὐτὰ ὑπὸ τῆς εὐπορίας οὐκ ἔχειν, δποι γέση.

ιγ'. Ἐξ αἰτιώδους καὶ ὄλικοῦ συνέστηκα· οὐδέτερον δὲ τούτων εἰς τὸ μὴ δι φθαρήσεται· ὥσπερ οὐδὲ ἐκ τοῦ μὴ δότος ὑπέστη. Οὐκοῦν καταταχθήσεται πᾶν μέρος ἐμὸν κατὰ μεταβολὴν εἰς μέρος τι τοῦ κόσμου· καὶ πάλιν ἐκεῖνο εἰς ἔτερον μέρος τοῦ κόσμου μεταβαλεῖ· καὶ ἡδη εἰς ἄπειρον. Κατὰ τοιαύτην δὲ μεταβολὴν καθὼν ὑπέστηρ, καὶ οἱ ἐμὲ γεννήσαντες, καὶ ἐπανιόντι εἰς ἄλλο ἄπειρον. Οὐδὲν γάρ κωλύει οὕτως φάναι, καὶ κατὰ περιόδους πεπερασμένας διόκμος διοικῆται.

ιδ'. Οἱ λόγοι καὶ ἡ λογικὴ τέχνη δυνάμεις εἰσὶν ἔστιαις ἀρχούμεναι, καὶ τοῖς καὶ ἔστιτάς ἔργοις. Ὁρμῶνται μὲν οὖν ἀπὸ τῆς οἰκείας ἀργῆς· δόθεύσι δὲ πρὸς τὸ προχείμενον τέλος· καὶ δι κατορθώσεις αἱ τοιαῦται πράξεις ὄνομαζονται, τὴν δρόστητα τῆς δόσον σημαίνουσαι.

ιε'. Οὐδὲν τούτων ἡγέτεον ἀνθρώπου, ἀνθρώπῳ καὶ διαθρωπος, οὐκ ἐπιβάλλει. Οὐκ ἔστιν ἀπαιτήματα ἀνθρώπου, οὐδὲ ἐπαγγελεται αὐτὰ ἡ τοῦ ἀνθρώπου φύσις, οὐδὲ τελειότητές εἰστι τῆς τοῦ ἀνθρώπου φύσεως. Οὐ τοίνυν οὐδὲ τὸ τέλος ἐν αὐτοῖς ἐστι τῷ ἀνθρώπῳ κείμενον, οὐδὲ τὸ συμπτηρωτικὸν τοῦ τέλους, τὸ ἀγαθόν. Ἡτι εἴ τι τούτων ἦν ἐπιβάλλον τῷ ἀνθρώπῳ, οὐκ ἀν τὸ ὑπερφρονεῖν αὐτῶν, καὶ κατεξανίστασθαι, ἐπιβάλλον ἦν· οὐδὲ ἐπινετὸς ἦν, δι προσδεή τούτων ἔστι τὸ παρεχόμενος οὐδὲ ἀν δι ἐλαττωτικὸς ἔστι τὸν θεραπεύοντας· οὐδὲ, δι περ πλείους ἦν, εἰπερ ταῦτα ἀγαθά ἦν. Νῦν δὲ, διστο περ πλείους

naturalem dissolutionem, neque moram inique ferre, sed nis tantum duobus acquiescere : primo, nihil mihi posse accidere, quod universitatis naturae non conveniat : altero, in mea situm esse potestate, ut nihil contra dei mei atque genii voluntatem agam : nemo enim est, qui hanc transgredi cogat.

11. Quam tandem ad rem igitur nunc animo meo utor? In singulis hoc me ipsum interrogare me identidem oportet eti explorare, quid mihi nunc versetur ea in parte, quam animi principatum vocant; cuius nunc gero animam? num quid pueruli? adolescentuli? mulierculæ? tyranni? jumenti? bellua?

12. Qualia sint, quae vulgo bona videntur, etiam hinc intelligas licet : nam si quis cogitaverit quædam ut vera bona, velut prudentiam, temperiam, justitiam, fortitudinem, non poterit, his animo præconceptis, amplius audire hoc : « Præ.... » Nam cum bono dissonabit. Atqui ea, quae vulgo bona videntur, si animo præconceperit, exaudiens et facile admittet ut apposite adjectum illud Comici dictum. Sic etiam vulgus animo sibi fingit hoc discrimen. Non enim \* illic offendet et improbaretur, idemque de divitiis alque iis fortunæ commodis, quæ ad luxum et gloriam pertinent, acciperemus ut scite et urbane dictum. Igitur et percontare, num aestimanda et pro bonis habenda sint talia, quibus mente præconceptis apte inferri possit illud, hominem iis instructum præfluentia rerum non habere, quo ventris onus deponat.

13. Forma et materia consto : harum neutra in nihilum interibit, quemadmodum neque ex nihilo exstitit. Itaque omnis mei pars per mutationem in aliquam mundi partem transferetur; et hæc rursus in aliam mundi partem mutabitur, et sic porro in infinitum. Secundum talē mutationem etiam ego ortus sum et ii, qui me genuerunt, et sic retro in aliud infinitum : nihil enim ita nos loqui velat, etiam si secundum periodos certis suis terminatas mundus administretur.

14. Ratio et ars rationales sunt facultates sese ipsis suisque operibus contentæ. Cientur igitur a suo ac proprio principio et pergunt ad suum finem propositum : quapropter recte facta appellantur ejusmodi actiones, ipso nomine rectam viam significantes.

15. Nihil horum hominis dicendum est, quæ ad hominem, quoad homo est, non pertinent : non requiruntur ab homine, neque promittuntur a natura hominis, neque ad naturam hominis perficiendam faciunt : proinde neque finis homini propositus in iis consistit, neque id, quod ad hunc finem conficiendum facit, bonum. Porro, si quid horum ad hominem pertineret, ea contempnere iisque se opponere non pertineret ad hominem, neque laude dignus esset, qui se his non indigentem præbet, neque qui aliquid ex iis sibi detrahit, bonus esset, si hæc essent bona. Jam vero ut

περιφεροῦν ἑαυτοῦ τούτων, ή τοιούτων ἔτέρων, ή καὶ ἀπαιρούμενός τι τούτων ἀνέχηται, τοσῷδε μᾶλλον ἀγαθὸς ἐστι.

κ'. Οἷα ἀν πολλάκις φαντασθῆς, τοιαύτη σοι ἔσται ἡ δίαιτα: βάπτεται γὰρ ὑπὸ τῶν φαντασιῶν ἡ ψυχή. Βάπτε οὖν αὐτὴν τῇ συνεχείᾳ τῶν τοιούτων φαντασιῶν ἄλλον, διὰ τοῦτο ζῆν ἔστιν, ἐκεῖ καὶ εὖ ζῆν ἐν αὐλῇ δὲ ζῆν ἔστιν ἔστιν ἄρα καὶ εὖ ζῆν ἐν αὐλῇ. Καὶ πάλιν, διὰ τοῦτο ἔνεκεν ἔκαστον κατεσκευάσται, \* \* πρὸς δὲ κατεσκευάσται, πρὸς τοῦτο φέρεται· πρὸς δὲ φέρεται δὲ, ἐν τούτῳ τὸ τέλος αὐτοῦ· διὰ τὸ τέλος, ἐκεῖ καὶ τὸ συμπέρον καὶ τάγαθὸν ἔκαστον· τὸ ἄρα ἀγαθὸν τοῦ λογικοῦ ζώου, κοινωνία. "Οτι γὰρ πρὸς κοινωνίαν γενόντα μεν, πάλαι δέδειται. "Η οὐκ ἦν ἐναργές, διὰ τὰ γείρου τῶν χρειτόνων ἔνεκεν, τὰ δὲ χρείττω αλλήλων; χρείττω δὲ τῶν μὲν ἀμφύχων τὰ ἔμψυχα· τῶν δὲ ἔμψυχων τὰ λογικά.

λ'. Τὸ τὰ ἀδύνατα δώματα, μανικόν ἀδύνατον δὲ, τὸ τοὺς φυσίους μὴ τοιαῦτά τινα ποιεῖν.

μ'. Οὐδὲν οὐδὲν συμβαίνει, δούχῃ πέφυκε φέρειν. Ἄλλω τὰ αὐτὰ συμβαίνει, καὶ ἡτοί ἀγνοῶν, διὰ συμβεβήκεν, ἡ ἐπιδεικνύμενος μεγαλοφροσύνην, εὐσταθεῖ, καὶ ἀκόκωτος μένει. Δεινὸν οὖν, ἅγνοιαν καὶ ἀρέσκειν ἰσχυροτέρας εἶναι φρονήσεως.

ν'. Τὰ πράγματα αὐτὰ οὐδὲν ὑπωστιοῦν ψυχῆς ἀπτεται· οὐδὲ ἔχει εἰσόδον πρὸς ψυχήν· οὐδὲ τρέψαι, οὐδὲ κινῆσαι ψυχὴν δύναται· τρέπει δὲ καὶ κινεῖ αὐτὴν ἔστηθή μόνη· καὶ οἵων ἀν κριμάτων καταξιώσῃ ἔστηθήν, ταῦτα ἔστηθή ποιεῖ τὰ προσφερεστάτα.

κ'. Καθ' ἔτερον μὲν λόγον ἡμῖν ἔστιν οἰκείοτατον ἴνθρωπος, καθ' δοσον εὖ ποιήτεον αὐτοὺς καὶ ἀνεκτέοντα· οὐδὲν δὲ ἐνίστανται τινες εἰς τὰ οἰκεῖα ἔργα, ἐν τι τῶν ἀδιαρόφων μοι γίνεται ὁ ἴνθρωπος, οὐχ ἡσσον ἡ γλώσσα, η ἀνέμος, η θηρίον. "Πότῳ τούτων δὲ ἐνέργεια μέν τις ἐμποδίος οὐδεὶς ἀν· δρμῆς δὲ καὶ διαθέσεως οὐ γίνεται ἐμποδία, διὰ τὴν ὑπεξαίρεσιν καὶ τὴν περιτροπήν. Περιτρέπει γὰρ καὶ μείστησι πᾶν τὸ τῆς ἐνέργειας κώλυμα· η διάνοια εἰς τὸ προηγούμενον καὶ πρὸ ἔργου γίνεται τὸ τοῦ ἔργου τούτου ἐφεκτικόν· καὶ πρὸ δύο, τὸ τῆς δόδοι ταῦτης ἐνστατικόν.

λα'. Τῶν ἐν τῷ κόσμῳ τὸ κράτιστον τίμα· ἔστι δὲ τοῦτο τὸ πᾶσι γρωμένον, καὶ πάντα διέπον. "Ομοίως δὲ καὶ τῶν ἐν σοὶ τὸ κράτιστον τίμα· ἔστι δὲ τοῦτο, τὸ ἐπεινὴ διογενές. Καὶ γὰρ ἐπὶ σοῦ τὸ τοῖς ἀλλοις γένοντον, τοῦτο ἔστι, καὶ δὸς βίος ὑπὸ τούτου διοικεῖται.

κβ'. "Ο τῇ πόλει οὐκ ἔστι βλασφέρον, οὐδὲ τὸν πολίτην βλάπτει. "Ἐπὶ πάσῃς τῆς τοῦ βεβλάζθαι φαντασίᾳ, τοῦτον ἔπαγε τὸν κανόνα· εἰ δὲ πόλις ὑπὸ τούτου μὴ βλάπτεται, οὐδὲ ἐγὼ βέβλαμψαι· εἰ δὲ δὴ πόλις βλάπτεται, οὐκ ὀργιστέον τῷ βλάπτοντι τὴν πόλιν· τί τὸ παρορώμενον;

κγ'. Πολλάκις ἐνθυμοῦ τὸ τάχος τῆς παραφορᾶς εἰς ὑπεξαγωγῆς τῶν δυτῶν καὶ γινομένων. "Η τε γάρ

quisque maxime his et ejus generis ahis sese ipse privat, aut etiam illis se privari sustinet, ita optimus est.

16. Qualia sunt, quae saepe cogitaveris, talis tibi erit mens tua; imbutur enim cogitationibus animus. Itaque eum perpetuo imbue hujuscemodi cogitationibus, ut: ubi vivere licet, ibi etiam bene vivere licet; in aula autem vivere licet; ergo licet etiam bene vivere in aula. Iterum, cujus rei causa aliquid comparatum est, \* ad hanc (accommodate) comparatum est; ad quam rem comparatum est, ad hanc fertur; ad quod fertur, in eo finis ipsius est; ubi finis, ibi etiam bonum et utilitas cuiusvis: bonum igitur animalis rationalis in colenda societate: nam ad societatem nos esse genitos, dudum est demonstratum. An vero non liquet, deteriora præstantiorum, et ex his alterum alterius causa natum esse? inanimatis autem animata præstantiora, animatis autem ea, quae ratione prædicta sunt.

17. Ea, quae fieri nequeunt, sectari, insania mentis est; fieri autem non potest, quin mali talia faciant.

18. Nil si cuiquam accidit, ad quod ferendum natura non sit comparatus. Alii eadem accidunt, et aut ignorans, sibi ea accidisse, aut magnanimitatem ostentans, tranquillus manet et illæsus. Indignum igitur, ignorantiam et obsequium plus posse, quam prudentiam.

19. Res ipsæ ne minime quidem animum tangunt, neque ullum aditum habent ad animum, neque vertere nec mouere possunt animum: se ipse solus vertit ac movet et qualibus se ipse dignum reddit judiciis, talia sibi reddit ea, quae extrinsecus ipsi afferuntur.

20. Altera quidem ratione nobis res conjunctissima homo, quatenus iis bene facere eosque ferre nos oportet: quatenus autem quidam nos impediunt in operibus propriis, una e rebus mediis mihi fit homo, non minus quam sol, quam ventus, quam bellua. Ab his autem effectus quidem impediti potest; conatus autem et affectionis nulla existunt impedimenta propter exceptionem et circumversionem. Convertit enim mens ac transfert unumquodque effectus impedimentum ad id, quod præpositum est: atque operi conductil id, quod hoc opus impedit, et ad viam confert id, quod in hac via obstat.

21. Eorum, quae in mundo sunt, præstantissimum collit: id autem hoc est, quod omnibus utitur omniaque administrat. Similiter eorum, quae in te sunt, præstantissimum colit; hoc autem id est, quod illi cognatum est: nam etiam in te id, quod ceteris utitur, hoc est, atque vita tua ab hoc regitur.

22. Quod civitati non nocet, neque civi nocet. Ubiunque cogitatio de damno tibi incidit, hanc adhibe regulam: si civitas ea re damnum non facit, neque ego damnum feci; si civitati nocet, non irascendum est ei, qui civitati damnum infert, \* sed ostendendum, \* quid sit, quod negligit.

23. Saepè animo reputa celeritatem, qua omnia, quae sunt et fiunt, abripiuntur et oculis subducuntur. Nam

οὐσία οἶν ποταμὸς ἐν διηγεῖται ῥύσει· καὶ αἱ ἔνεργειαι  
ἐν συνεχέσι μεταβολαῖς, καὶ τὰ αἴτια ἐν μυρίαις τρο-  
παῖς καὶ σχεδὸν οὐδὲν ἔστως, καὶ τὸ πάρεγγυς· τὸ δὲ  
ἀπειρον τοῦ τε παρωγκήκοτος καὶ μελλοντος ἀχανές, ὡς  
πάντα ἐναφανίζεται. Πῶς οὖν οὐ μωρὸς δὲν τούτοις  
φυσώμενος, η̄ σπάμενος, η̄ συγετλιάζων, ὡς ἐν τινὶ  
χρόνῳ καὶ ἐπὶ μικρὸν ἐνολγίζαντι;

κδ'. Μέμνησο τῆς συμπάσης οὐσίας, η̄ διλγίστον  
μετέχεις· καὶ τοῦ αύματαντος αἰῶνος, οὐ βραχὺ καὶ  
ἀκαριαῖον σοι διάστημα ἀφώρισται· καὶ τῆς εἰμαρμένης,  
η̄ ποστὸν εἶ μέρος;

κε'. Ἀλλος ἀμαρτάνει· τί εἰς ἐμέ; ζητεῖς· ίδιαν ἔχει  
διάθεσιν, ίδιαν ἔνεργειαν. Ἐγὼ νῦν ἔχω, δ μεθέλει  
νῦν ἔχειν η̄ κοινὴ φύσις, καὶ πράσσω, δ με νῦν  
πράσσειν θέλει η̄ ἐμὴ φύσις.

κξ'. Τὸ δηγεμονικὸν καὶ χυρεῦον τῆς ψυχῆς σου μέ-  
ρος ἀτρεπτὸν ἔστω ὑπὸ τῆς ἐν τῇ σαρκὶ λείας η̄ τρα-  
χείας κινήσεως· καὶ μὴ συγκρινέσθω, ἀλλὰ περιγραφέτω  
ἔστι τὸ καὶ περιοριζέτω τὰς πείσεις ἐκείνας ἐν τοῖς μο-  
ρίοις. Ὁταν δὲ ἀναδιδῶνται κατὰ τὴν ἑτέραν συμπά-  
θειαν εἰς τὴν διάνοιαν, ὡς ἐν σώματι ἡγωμένῳ, τότε  
πρὸς μὲν τὴν αἰσθησιν, φυσικὴν οὖσαν, οὐ πειράθεον  
ἀντιθαίνειν· τὴν δὲ οὐ ποδοληψίαν, τὴν ὡς περὶ ἀγαθοῦ, η̄  
κακοῦ, μὴ προστιθέτω τὸ δηγεμονικὸν ἐξ ἔστι.

κξ''. Συζῆν θεοῖς. Συζῆν δὲ θεοῖς δ συνεχῶς δεικνύς  
αὐτοῖς τὴν ἔστιν ψυχὴν ἀρεσκομένην μὲν τοῖς ἀπονε-  
μομένοις, ποιοῦσαν δὲ, δσα βούλεται δ δαίμονων, δν ἔχά-  
στῳ προστάτῃ καὶ δηγεμόνᾳ δ Ζεὺς ἔδωκεν, ἀπόσπα-  
σμα ἔστι. Οὗτος δὲ ἔστιν, δ ἔχαστον νοῦς καὶ  
λόγος.

κη'. Τῷ γράσσων μῆτι δργίζῃ; μῆτι τῷ δροστόμῳ  
δργίζῃ; Τί σοι ποιήσει; τοιοῦτον στόμα ἔχει, τοιαύτας  
μάλας ἔχει· ἀνάγκη τοιαύτην ἀποφορὰν ἀπὸ τοιούτων  
γίνεσθαι. — « Ἄλλ᾽ δ ἄνθρωπος λόγον ἔχει (φησί),  
καὶ δύναται συννοεῖν ἐριστάνων, τί πλημμελεῖ. » —  
Εὖ σοι γένοιτο! τοιγαροῦν καὶ σὺ λόγον ἔχεις, κίνησον  
λογικῆ διαλέσει λογικὴν διάθεσιν δεῖσον, οὐ πόμνησον.  
Εἰ γάρ ἐπαίει, θεραπεύεις, καὶ οὐ χρεία δργῆς. Οὔτε  
τραγῳδὸς, οὔτε πόρνη.

κθ'. Ως ἔξελθὼν ζῆν διανοῇ, οὕτως ἐνταῦθα ζῆν  
ἔχεστιν. Ἐὰν δὲ μὴ ἐπιτρέπωσι, τότε καὶ τοῦ ζῆν  
ἔξιθι· οὕτως μέντοι, ὡς μηδὲν κακὸν πάσχων. Κα-  
πνὸς, καὶ ἀπέρχομαι. Τί αὐτὸ πρᾶγμα δοκεῖς; μέγρι  
δε με τοιοῦτον οὐδὲν ἔξαγει, μένων ἐλεύθερος, καὶ οὐ-  
δεὶς με κωλύσει ποιεῖν, δ θελω· θέλω δὲ κατὰ φύσιν  
τοῦ λογικοῦ καὶ κοινωνικοῦ ζώου.

κλ'. Ο τοῦ διου νοῦς κοινωνικός. Πεποίηκε γοῦν  
τὰ χείρα τῶν κρείττονών ἔνεκεν· καὶ τὰ κρείττω ἀλλή-  
λοις συνήρμοσεν. Ορᾶς, πῶς ὑπέταξε, συνέταξε,  
καὶ τὸ κατ᾽ ἀξίαν ἀπένειμεν ἐκάστοις, καὶ τὰ κρατι-  
στεύοντα εἰς διμόνιαν ἀλλήλων συνήγαγε.

κλ''. Πῶς προσενήνεται μέχρι νῦν θεοῖς, γονεῦσιν,  
ἀδελφοῖς, γυναικὶ, τέκνοις, διδασκάλοις, τροφεῦσι, φί-

et materia fluminis instar in perpetuo est fluxu, et effectus  
in perpetuis mutationibus, et cause efficiētes in inuimenti  
conversionibus; alque propemodum nihil est, quod per-  
stat; \* item adjacentem hanc praeteriti et futuri temporis  
immensitatē, in qua omnia evanescunt. Quidni igitur  
stultus, qui his rebus inflatur aut angitūt aut lamentatur,  
quasi diutius vel minimam molestiam creatibus?

κδ. Memento et universæ materiæ, cuius minimam obti-  
nes partem, et totius ævi, cuius brevissimum et puncti  
instar obtinebas spatiū tibi assignatum est, et fati, cuius  
quantilla pars es!

κε. Peccat aliquis. Quid ad me? ipse viderit: suam  
habet affectionem, suam agendi rationem. Ego nunc ha-  
beo, quod me habere vult natura communis, et ago, quod  
me vult agere natura mea.

κξ. Quæ animæ pars principatum et dominium obtinet,  
ea immota maneat ad levem asperum carnis motum, ne-  
que ei se immisceat, sed se ipsa circumscribat et illas ad-  
fectiones intra limites particularum coerceat: quando autem  
per alterum consensem usque ad mentem pervenient, ut in  
corpore unito, tum contra sensum quidem, quippe natura-  
lem, non luclandum; sed opinionem, quasi bonum aut  
malum sit animi principatus ne a se adjiciat.

κζ. Cum diis vivere. Cum diis autem vivit, qui perpetuo  
iis exhibet animum suum contentum iis, quæ ipsi sunt as-  
signata, et efficientem ea, quæ jubel genius, quem vita  
moderatorem ac rectorem cuique Jupiter tribuit, parti-  
culam a se deliberat; hic autem genius cujusque mens  
est ac ratio.

κη. Numquid ei, qui hircum olet, succenses? numquid  
ei, cui os feret? Quid te faciat? ejusmodi os, ejusmodi  
alas habet, ut necesse sit ejusmodi inde exhalari. — « At  
homo, inquiet, ratione pœdatus est atque, modo animum  
advertis, intelligere potest, quid delinquat. » Quod bene  
tibi vertat! Proinde etiam tu ratione pœdulus es; rationali  
animi affectione move rationalem affectionem; edoce, com-  
monefac! nam si audiverit, eum sanabis, neque opus erit  
ira. Neque tragœdus neque scortum.

κθ. Quemadmodum hinc egressus vivere in animum in-  
duxisti, ita etiam hic vivere licet; quod si tibi non conces-  
serint, etiam e vita exi, ita tamen, ut qui nihil inali passus  
sis. Fumus est, et abeo. Cur id rem magnam putas?  
quamdiu autem nihil ejusmodi me hinc educit, liber maneo,  
nec quisquam me impedit, quominus faciam, quæ volo :  
volo autem ea, quæ cum natura animalis ratione pœdit et  
ad societatem nati convenient.

κλ. Universi mens communionis et societatis amans; hinc  
deteriora pœstantiorum causa fecit et pœstantiorum alte-  
rum alteri conciliavit. Vides, quomodo subjicerit, con-  
gesserit, pro dignitate suum cuique tribuerit et pœstantis-  
sima quæque mutuo inter se consensu devinxerit.

κλ''. Quo modo te usque ad hoc tempus gessisti erga deos,  
parentes, fratres, uxorem, liberos, preceptores, educato-

λους, οὐκεῖοις, οὐκέταις; εἰ πρὸς πάντας σοι μέχρι νῦν  
ἴστι τὸ,

Μήτε τινὰ ἥξαι ἔξασιον, μήτε (πι) εἰπεῖν.

Ἄναμμινήσκου δὲ, καὶ δί' οἶων διελῆλυθας, καὶ οὐα  
ἡρμοσες ὑπομεῖναι. Καὶ διὶ πλήρης ἡδη σοι ἡ ἱστο  
ρία τοῦ βίου καὶ τελεία ἡ λειτουργία· καὶ πόσα ὄπται  
καλά· καὶ πόσων μὲν ἡδονῶν καὶ πόνων ὑπερεῖδες·  
πότα δὲ ἐνδόξα παρεῖδες· εἰς δύσους δὲ ἀγνώμονας εὐ  
γνώμων ἔγενον.

λβ. Διὰ τί συγχέουσιν ἄτεχνοι καὶ ἀμάθετοι ψυχὴι  
ἐντεχνον καὶ ἐπιστήμονα; Τίς οὖν ψυχὴ ἔντεχνος καὶ  
ἐπιστήμων; Ηἱ εἰδίαι ἀρχὴν καὶ τέλος, καὶ τὸν διὰ τῆς  
οὐσίας διηκόντα λόγον, καὶ διὰ παντὸς τοῦ αἰώνος κατὰ  
περιόδους τεταγμένας οἰκονομοῦντα τὸ πᾶν.

λγ. Ὄσον οὐδέπω ποδὸς, ηἱ σκελετὸς, καὶ ἥτοι  
ὄνομα, ηἱ οὐδὲ ὄνομα· τὸ δὲ ὄνομα, φόρος καὶ ἀττήχημα.  
Τὰ δὲ ἐν τῷ βίῳ πολυτίμητα, κενά, καὶ σαπρά, καὶ  
μικρά, καὶ κυνίδια διαδακνόμενα, καὶ παιδία φιλό<sup>τικά</sup>, γελῶντα, εἴτα εὐθὺς κλαίοντα. Πίστις δὲ καὶ  
αἰδὼς, καὶ δίκη καὶ ἀλήθεια,

πρὸς Ὀλυμπον ἀπὸ χθονὸς εὑρυσεῖς.

Τί οὖν ἔτι τὸ ἐνταῦθα κατέχον; εἴγε τὰ μὲν αἰσθητὰ  
εἰμετάβλητα, καὶ οὐχ ἐστῶτα· τὰ δὲ αἰσθητήρια ἀμυ  
νῆται καὶ εὐπαρατύπωτα· αὐτὸ δὲ τὸ ψυχάριον ἀναβυ  
μίστις ἀρέτατος. Τὸ δὲ εὐδοκιμεῖν παρὰ τοιούτοις  
κενοῖς. Τί οὖν; περιμένεις Λίεως τὴν εἴτε σέρεσιν, εἴτε  
μετάστοσιν. Ἔως δὲ ἔκεινης δὲ καιρὸς ἐψίσταται, τί  
ἀρεῖ; τί δὲ ἄλλο, ηἱ θεοὺς μὲν σέρειν καὶ εὐφημεῖν,  
ἀνθρώπους δὲ εὗ ποιεῖν, καὶ ἀνέγεσθαι αὐτῶν καὶ ἀπε  
γενθεῖν δοσα δὲ ἐκτὸς δρῶν τοῦ κρεασίου, καὶ τοῦ πνευ  
ματίου, ταῦτα μεμνησθαι μήτε σὸντα, μήτε ἐπὶ τοῦ.

λδ. Δύνασαι ἀεὶ εὑρεῖν, εἴγε καὶ δύειν, εἴγε καὶ  
ἄλλῃ ἴπτολημβάνειν, καὶ πράστειν. Δύο ταῦτα κοινὰ  
ηἱ τε τοῦ θεοῦ, καὶ τῇ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ παντὸς λο  
γικοῦ ζώου ψυχῆς· τὸ μὴ ἐμποδίζεσθαι ὑπ' ἄλλου· καὶ  
τὸ ἐν τῇ δικαικῇ διαθέσει καὶ πράξει ἔχειν τὸ ἀγαθόν,  
καὶ ἐνταῦθα τὴν δρεῖν ἀπολήγειν.

λε'. Εἰ μήτε κακία ἔστι τοῦτο ἐμή, μήτε ἐνέργεια  
κατὰ κακίαν ἔμην, μήτε τὸ κοινὸν βλάπτεται, τί ὑπὲρ  
αὐτὸν διαφέρομεις; τίς δὲ βλάβη τοῦ κοινοῦ;

λζ. Μή διλογίερων τῇ φαντασίᾳ συναρπάζεσθαι·  
ἄλλα βοτεῖν μὲν κατὰ δύναμιν καὶ κατ' ἀξίαν καν  
εἰς τὰ μέσα ἐλπιτῶνται, μὴ μέντοι βλάβην αὐτὸ φαν  
ταζεῖνται. Κακὸν γάρ θύος· Ἀλλ' ὡς δέ γέρων ἀπελ  
θον τὸν θρεπτὸν ρόμβον ἀπῆται, μεμνημένος, διὶ  
ἔμενος οὔτως οὐν καὶ ὁδε. Ἐπεὶ τοι γίγη καλῶν ἐπὶ<sup>τῶν</sup> ἐμβόλων. Ἀνθρωπε, ἐπελάθου, τί ταῦτα ἦν; —  
Ναί· ἀλλὰ τούτοις περιστούδαστα. — Διὰ τοῦτ' οὖν  
καὶ σὺ μαρὸς γένη; — Ἐγενόμην ποτὲ διποδήποτε κα  
ταλειζθεὶς, εὔμοιρος ἀνθρωπός· — τὸ δὲ « εὔμοιρος »  
ἀγαθήν μοιρῶν σεαυτῷ ἀπονείμαται ἀγαθὸς δὲ μοῖραι,  
ἀγαθὲ τριπάται ψυχῆς, ἀγαθὸς ὄρματ, ἀγαθὸς πράξεις.

res, amicos, familiares, famulos? valetne ad hoc usque  
tempus erga omnes illud, « nil injusti erga quemquam fe  
cisse aut dixisse? » Memento autem etiam illius, per qualia  
pertransieris, et qualibus perferendis par fueris: item,  
plenam tibi jam esse vitæ contemplationem et absolutum  
ejus ministerium; quot pulchra visui oblata sint, quot vo  
luptates ac labores contempseris, quot res gloriose neglexe  
ris, erga quot iniquos æquum te præbueris.

32. Qui fit, ut ingenia artium rudia et imperita confun  
dant artium gnara et perita? Quid igitur est ingenium artis  
peritum caue instructum? Quod principium et finem novit  
rationemque per omnem materiam permeantem et per omne  
ævum certis quibusdam et definitis temporum cursibus uni  
versum administrantem.

33. Jamjam cinis eris aut nuda ossa, et aut nomen aut  
ne nomen quidem; nomen autem nil nisi strepitus et reso  
nantia; quæ in vita magni aestimantur, vana et putida et  
exilia, caniculae mordentes, pueruli contentiosi, modo ri  
dentes, modo plorantes. Fides autem et justitia et vere  
cundia et veritas « ad Olympum a terra spatiosa. » Quid igitur  
amplius est quod hic te retineat? si quidem res,  
quæ sub sensu cadunt, mutationibus obnoxiae sunt nec  
persistunt, ipsi sensus obscuri et hebetes, qui facile falsas  
rerum species admittunt, ipsa animula exhalatio sanguinis,  
inter tales gloria florere vanitas. Quid igitur? Aequo animo  
exspectas vel extinctionem vel translationem. Hujus vero  
tempus donec advenit, quid sufficit? Quid aliud, nisi ut  
deos colas celebresque, hominibus bene facias, eos susti  
neas et ab iis te abstineas, quæcumque autem extra fines  
carunculæ et animalæ sita sunt, ea memineris nec tua esse  
neque in potestate tua sita.

34. Potes semper prosperum vitæ cursum tenere, si  
quidem et certum iter teneri, si quidem via ac ratione et  
cogitare et agere potes. Hæc duo et dei et hominis et cu  
jusvis animalis ratione prædicti animo communia, non ab  
alio impediri et in animi affectione justitiae studiosa habere  
bonum et hic terminare appetitionem.

35. Si neque vitiositas haec mea est, neque meæ vitiosi  
tatis effectus, neque respublica læditur, cur propter hoc  
differor? Quid autem est damnum civitatis communis?

36. Noli ulla ex parte sinere te abripi visis, sed auxiliare  
pro viribus et dignitate etiam, quando in mediis illis rebus  
aliquid damni faciunt, quod tamen cave pro damno habeas: malus enim hic mos est; sed quemadmodum senex abiens  
petebat, pueruli turbinem, memor, turbinem esse, sic igi  
tur etiam hic agendum. Atqui in jus vocas pro rostris.  
Oblitusne es, homo, qualia haec sint? — Nequaquam, sed  
illis videntur studio dignissima. — Eapropter tu quoque  
stultus sis? Fui olim. — \*Ubi cunque derelictus, bene for  
tunatus homo: « bene fortunatus, » qui bonam fortunam  
sibi comparavit; bona autem fortuna, boni aniwi motus,  
bona agendi ratio, bona actiones.

## BIBAION 5.

α'. Ἡ τῶν θλων οὐσία εὐπειθής καὶ εὐτρεπής δὲ ταύτην διοικῶν λόγος οὐδεμίαν ἐν ἔσυτῷ αἰτίᾳ ἔχει τοῦ κακοποιεῖν κακίαν γάρ οὐκ ἔχει, οὐδὲ τι κακῶν ποιεῖ, οὐδὲ βλάπτεται τι ὑπ' ἔκεινου. Πάντα δὲ κατ' ἔκεινον γίνεται καὶ περαίνεται.

β'. Μὴ διαφέρουσ, πότερον ριγῶν ἢ θαλπόμενος τὸ πρέπον ποιεῖς; καὶ πότερον νυστάζων, ἢ ίκανῶν ὕπνου ἔχων· καὶ πότερον κακῶν ἀκούων, ἢ εὐρημούμενος; καὶ πότερον ἀπόθνησκων, ἢ πράττων τι ἀλλοίον. Μία γάρ τῶν βιωτικῶν πρᾶξεων καὶ αὕτη ἔστι, καθ' ἣν ἀπόθνησκομεν ἀρκεῖ οὖν καὶ ἐπὶ ταύτης τὸ παρὸν εὐθέσται.

γ'. Ἐσω βλέπε· μηδενὸς πράγματος μήτε ἡ ίδια ποιότης, μήτε ἡ ἀξία παρατρέχετω σε.

δ'. Πάντα τὰ ὑποκείμενα τάχιστα μεταβάλλει, καὶ ητοι ἐκθυμιαθήσεται, εἴπερ θνωται ἡ οὐσία, ἢ σκεδασθήσεται.

ε'. Ὁ διοικῶν λόγος οἶδε, πῶς διαχείμενος, καὶ τὶ ποιεῖ, καὶ ἐπὶ τίνος ὅλης.

ζ'. Ἀριστος τρόπος τοῦ ἀμύνεσθαι, τὸ μὴ ἔξομος οὖσθαι.

η'. Ἐντι τέρπου καὶ προσαναπάνου, τῷ ἀπὸ πράξεως κοινωνικῆς μεταβαίνειν ἐπὶ πρᾶξιν κοινωνικῆν, σὺν μνήμῃ θεοῦ.

η'. Τὸ ἡγεμονικὸν ἔστι, τὸ ἔαυτὸ ἐγείρον καὶ τρέπον, καὶ ποιοῦν μὲν ἔαυτὸ, οἷον ἀνὴρ θελή, ποιοῦν δὲ ἔαυτῷ φαίνεσθαι πᾶν τὸ συμβαῖνον, οἷον αὐτὸ θέλει.

θ'. Κατὰ τὴν τῶν θλων φύσιν ἔκαστα περαίνεται, οὐ γάρ κατ' ἄλλην γέ τινα φύσιν, ἡτοι ἔξωθεν περιέχουσαν, ἢ ἐμπειριογμένην ἔνδον, ἢ ἔξω ἀπηρτημένην.

ι'. Ἡτοι κυκεὸν, καὶ ἀντεμπλοκὴ, καὶ σκεδασμος· ἡ ἔνωσις καὶ τάξις καὶ πρόνοια. Εἰ μὲν οὖν τὰ πρότερα, τὶ καὶ ἐπιθυμῶν εἰκαλῶ συγχρίματι καὶ φυρμῷ τοιούτῳ ἐνδικτηρίειν; τί δέ μοι καὶ μελεῖ ἄλλου τίνος, ἢ τοῦ δρώσις ποτὲ «ἄλλα γίνεσθαι»; Τί δὲ καὶ ταράσσομαι; ήσει γάρ ἐπ' ἐμὲ δ σκεδασμὸς, δ τι ἀν ποιῶ· εἰ δὲ θάτερά ἔστι, σέων καὶ εὐσταθῶ, καὶ θαρρῶ τῷ διοικοῦντι.

